



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

16. Dies Octobris. Nihil appetere de sæculo potest, qui sæculo major est.
Cyprianus Epist. ad Donat.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

16. DIES OCTOBRIS.

Nihil appetere de sacerculo potest , qui sacerulum
est. *Cyprianus Epist. ad Donat.*

Deside- I.
rium.

NE hallucinetur in suis fu-
ctionibus , quæ omnium
quæ ab animo proficien-
tur , functionum fungit
principatu, Voluntas , necesse est illam desiderio de-
siderare, ut prudenter moderetur sua desideria. Quid vis
appetere, quod nec licet à Deo petere? Quid vis
desiderare de terra, qui terrâ es major, ut potè cui Pa-
tria est cœlum ? Terram conculcas, quid illam be-
noras ? Quid vis concupiscere de sacerculo, quod in illa
umbræ transit ? Cui datum est vivere in sacerculo sac-
lorum? Vide quid desideres ? Nonne sunt illa, que
si haberes, deberes velle catere ? Si tibi aliquid deel-
se putas, si sit cavum in sinu cordis , si vacuum in
gremio pectoris, illo imple , qui suā immensitate im-
plet cœlum & terram, Deo. Nonne malles implere
marsupium auro, quam luto ? An pluris facis mar-
pium, quam Animum ? Ofœlicem illum , qui non
plura concupiscit, quam natura reposcit. Qui totus
est, integer, suus, qui nullis, tanquam frustis dividitur
votis, qui non mutilatur desideriis: qui nullâ con-
cupientiæ tenetur cupiditate, qui nec voto eget, co-
tentus secum, & Deo.

II. Tristitia illa quæ ne sis tristis , tantoperè cu-
pis, egentia illa , quæ ne egeas , desideras bona, non
minuent, nedum tollent, quæ pateris mala. Quia
quæ desideras non obtines, dolebis; si obtines, dole-
bunt alii, dum invidebunt tibi , tu miserè gaudebis.

Quæ

Octob.

Tessera.

823

Quæ hæc miseria? Antequam desiderabas, egebas; postquam obtinuisti, non es ditior; nam ditior non est, qui habet plus, sed cui minus deest. Ut cunque, es pauperior nolente, & nihil desiderante. Magis te inopem facit tua cupiditas, quam gravissimi Fortunæ furores, quam naufragia tuarum navium, incendium domorum, interius armentorum, siccitas cœli, injuria furis, quam furor hostis. Cupiditas enim facit te inopem non rerum, sed tui, pauperem reddit non facultatum, sed virtutum. Ille solum est dives, qui non cupit: quia iste non eget, atque adeò nullius est servus, immo liber & ditissimus seipso, & desideriorum inopia opulentus: sui Dominus est, quia se possidet. Cupiditas semper proficiscitur, nunquam attingit metum: semper procedit, nunquam quieticit. Quomodo tibi cupiditas sufficiet, quæ nunquam dicit sufficit? Solum laudabile, & delectabile est desiderium illius, qui totus est desiderabilis. Illo enim possesto, cum possideas omnia, non est quod desideres ultrà.

III. Præterea desiderium, est collimatio vitæ. Dum aliquid desideras, ad aliquod collineas. Idcirco ne desiderando erres, oportet figere, & sibi præfigere scopum, quo vota dirigamus. Sagittarius, non quocunque jaculatur; nemo incertum tela conjicit; unum respectat, ad unum jactus suos urget. Hinc errat desiderium, dum ad multa spargitur; quiescit, dum ad unum dirigitur. Sagitta fortius mititur pro contentione nervi: ita pro viribus desiderii, fortius in propositum ruimus. Sed quia per varia, immo per omnia disseminamus nostra desideria, variis & ipsis sumus, in nullis consistimus, ideo nec in

Fff 4

ullis

ullis quiescimus, ad nihil intenti, ad omnia ignavi. Si erramus, sic aberramus, sic deviamus, sic fallimur, si perimus desideriis rerum presentium. Adjice, quo desiderium sit quoddam amoris supplementum. Ille bonitas amati excedit facultatem amantis, pandit per desideria amor: & quibus potest viribus pretenditur, ut adaequetur amato! itaque votis, & fulguris sarcire tentat, quod deest. Bonitas Dei excede vires nostri amoris, cum nunquam tantum amare quis valeat, quin plus amare debeat. Tunc ergo amoris defectum supplemus desideriis: optamus amore magis, quam nunquam possumus latere. Hic perpetuus desiderii socius, est Dei Amor. Non est duræ, & densæ naturæ noster Animus; est ductilis, et complicabilis: itaque potest contrahi, & laxari per desideria potest, duci, i educi; complicari, explicari, immensitate quadam factitia; omnem locum, & finum percurrit; atque æternitatis imitatione, omne tempus claudit, & amasse desiderat, & amare, illud sine principio, istud absque fine. Quia desideramus, Deum æternum amassimus ab æterno, & amare in æternum. Sed hoc maximè commendat virtutē desiderii, Deum desiderio consequimur. Nulla res viliori constat pretio, quam res pretiosissima. Votis Deus emitur, nihil minus carum, & tamen nihil magis carum.

Non Deus est carus, cum sit super omnia charus.

17. DIES OCTOB.

Illic feramur appetitu desiderii, quo cum pervenerimus, requiescamus, nihil amplius requiramus. S. Augustinus l. 4. in Gen. ad lit. c. 9.

I. Scili-